

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann Hermann Schuckmann

**Disputatio Theologica De Reconciliatione Hominis Cum Deo : luxta illud 2. ad
Corinth. 5. vers. 18. & seqq. Omnia ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Iesum
Christum ...**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737815388>

Druck Freier  Zugang



Vert.: H. Schückmann

Foh. Cöthmann

R.U. theol. 1643.

DISPUTATIO THEOLOGICA
De
RECONCILIATIO-
NE HOMINIS CUM DEO.

Fuxta illud 2.ad Corinth.5.vers.18. & seqq.

Omnia ex DEO, qui reconciliavit nos
sibi per JESUM CHRISTUM, & dedit nobis
ministerium reconciliationis: Quoniam
DEUS erat in CHRISTO: &c.

Quam

Patre, per Filium, in Spiritu, propitio
Consensu Veneranda Facultatis Thee-
inclusa Academia Rostochiensis,

SUB PRÆSIDIO

Uiri Reverendi, Clarissimi & Excellētissimi

DN. JOANNIS COTHMANNI
SS. Theolog. Doctoris, ejusdemquè in hâc U.
niversitate Professoris ordinarij, Dn. Fautoris
& Præceptoris honorandi

In Auditorio magno, die 15. Novembris,
horis matutinis

publicè examinandam proponit

M. HERMANNUS Schuckianus
Autor & Respondens.

•S(O)H•

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XLIII.

1648

VENERABILI
MINISTERIO
ECCLESIAE RO-
STOCHIENSIS

Hoc salutis Compendium, amoris & observan-
tie testimonium reverenter
dicat & offere

M. HERMANNUS Schuckman
A. & R.





Ελάντα εκ τε Θεοῦ.

I.

Undamentum reconciliati hominis
cum D E O , est Salvator noster J E S U S C H R I -
ST U S , persona illa, quā unum sunt D E U S & ho-
mo Unione hypostaticā incomprehensibili, in-
ffabili, arctissimā & indissolubili, sub mutuā
πειρωγήσει, realique κυρωνίᾳ.

II. Vi hujus Unionis D E U S est in C H R I S T O , non quemadmo-
dum adest creaturis omnibus per universalem præsentiam, magis a-
lioquin pro harum existentiā necessariam, quām aqua aut aēr ad
piscium vel volatilium conservationem; nec secundō gratiam
virtutemq; gratiosam, sicut est in Angelis & hominibus sanctis, sive
glorificatis iisdem per gloriam & majestatem æternam; minus verò,
quemadmodum præsens est spiritibus & animabus damnatis per i-
gnem rigorosę suę ejusque justissimę inspectionis nunquam ex-
tinguibilem.

III. Sed in C H R I S T O D E U S est, tanquam in proprio suo
corpore (a) per realem & hypostaticę & idiomatum communica- (a) C o l . 2 , 9
tionem absque divulsione.

IV. Duæ ergo diversissimæ naturæ DEI & hominis hīc faci-
unt unam individuam personam; personam τε θεοῦ σαρκὸς γένο-
μενην; (a) τε θεός εν σαρκὶ φανερωθεῖται (b) ita enim tremendum (a) J o h . 1 ,
incarnationis mysterium, in quod prospicere ipsi etiam An- 14.
geli desiderant, Scriptura describit; veluti separatum à reliquis me- (b) I . T i m . 3
dis divinæ præsentia, in primis gratiose; ubi alia persona est inha- v . 16.
bitantis Dei, alia Abrahami & ceterorum fidelium, per fidem cum
D E O in unitate Spiritus coälescentium.

V. Vinculum & terminus Unionis, sicut Trium in D E O per-
sonarum unica Divinitatū essentia, sicut in homine corporis orga-
nici

nici cum animâ uniti *humanius*; sic duarum in CHristo naturarum inseparabili nexu copularum PERSONALITAS est.

(a) Heb. 1,9. VI. Personalitas hæc, quæ subsistit JESUS Nazarenus, ex J-

(b) 1. Cor. 8 ποτέ τε λόγος, unum nobis CHRISTUM constituit, unicum Spiritu

v. 6. tu Sancto præ consortibus suis citrâ mensuram (a) unum DOMINI

(c) 1. Tim. 2 NUM, per quem omnia, (b) unum mediatorem DEI & hominum;

v. 5. hominem JESUM CHRISTUM. (c)

VII. Quod usque adeo verum, ut Sanctum illud, seu ille ipse puer natus ex muliere in plenitudine temporis, vere sit verequè dicatur ex primo conceptionis momento secunda Trinitatis persona, à DEO patre, priusquam voragine essent ab omni seculo possessa, residens in essentia Patris per æternam generationem. (a)

(a) Prov. 8,
22,24.

VIII. Breviter. Ipse Filius hominis est ipse unigenitus DEI Filius; qui simul atque descendit in uterum virginis, ex purificato per Spiritum Sanctum, & à sordibus carnis separato, eoquè suprà naturæ vires erecto virginali semine proprium sibi templum fabricavit, assumptum in æternæ suæ ac infinitæ personæ unitatem.

IX. Comitatur hanc Unionem, inexplicabilis, mutua, intima, reciprocâ, penetrantis se invicem utriusque naturæ οὐχίσησι, quæ modo nobis incognito, Divina permeat humanam, Humanam Divinam naturam: Nam sicut in mysterio adorandæ Trinitatis, ipsa divina essentia & communis est omnibus tribus personis & tota simul in singulis! Sic & hæc unione hypostaticâ totus Deus in toto est homine, & totus homo in toto DEO; juxta illud: In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter (a)

(a) Col. 2,9. X. Unde nec locus nec spacio cogitari potest, ubi DEUS sit & non simul homo, & ubi homo sit, nec DEUS ibi; quicquid etiam somniet vanissima ratio.

XI. Etsi enim humana natura in se considerata, circumscriptæ est essentiæ, elevata tamen ad infiniti DEI personalem subsistentiam, nullibi existit absq; DEO, nec DEUS alicubi absq; homine.

XII. Miserabilem profectò CHRISTUM! si DEUS esset ubi homo non esset, Siquidem hoc modo aliqua pars immensæ divinitatis foret extrâ hominem; nec dici amplius posset, quin falso dicetur, omnem plenitudinem divinitatis habitare in homine CHRISTO corporaliter, tanquam in proprio suo tabernaculo: tum enim, aliquid

aliquid de plenitudine hāc habitaret extra tabernaculum. Absit autem mentiri nescio (quod non sit cūrā horrendam blasphemiam) falsum affingere, & omnipotenti ac infinita majestati terminos ponere.

XIII. Mutuam verò & intimam hanc duarum naturarum in uno CHRISTO περιφέρειν immediate excipit arctissima & realis ημεραία, quā Λόγος assumens carni assumptæ πάντα τὸ ταλπωμένης θεότητος, omne illud, quod DEUS est, & quicquid DEUS habet in universa suā majestate, reverā communicavit. Vi hujus realis communicationis recte Spiritus DOMINI, quicquid humanum est, enunciat de DEO, & quicquid divinum, de homine CHRISTO, per & propter individuam personæ unitatem, servatā cuiusq; naturæ proprietate.

XIV. Ex hoc principio verissimè dicitur **הארם אֲדֹנֵי וְדוֹדוֹת** (a) 2. Sam. Homo Dominator Domini (a) Germania **צִמְחֵי חֶרְחָה פָּרוּ אֶרְץ** Germen Domini 7, 19. fructus terræ (b) Germ. Iustū Davi- (b) Esa. 4, 2 dis JHOVAH justitia nostra. (c) Verissimè dicitur ὁ οὐρανὸς τὸ ἀνθρώπους (c) Jer. 23, ὁ οὐρανὸς τὸ οὐρανὸς τὸ ζωντος, filius hominis, filius DEI viventis; (d) Ex 5, 6. c. 33, 15 πατέρων ὁ Ιησος τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὥν επὶ πάντων θεός εὐλογητός (d) Matth. 25, 16, v. 16. ἐξ τριῶν αἰώνων: Ex patribus CHRISTUS secundum carnem, qui est super omnia DEUS benedictus in secula. (e) ὁ δεύτερος ἄνθρωπος (e) Rō. 9, 8. ὁ κύριος ἡχερζους, secundus homo DOMINUS de caelo (f) &c. (f) 1. Cor. 15, 47.

XV. Ex eodem principio, quicquid DEUS agit, homo agit & quicquid homo patitur, DEUS patitur, κατὰ τὴν αὐτὴν τῆς οὐρανοῦ ἐνότητα.

XVI. Sic homine mortificato, DEUS mortificatur carne; (a) (a) 1. Pet. 3, 18. Homine fundente sanguinem DEUS fundit, & fuso proprio sanguine Ecclesiam sibi acquirit. (b)

(b) Act. 20.

XVII. Sic vicissim DEO triumphante, homo triumphat; (a) Dō. (a) Colos. MINO operante, homo operatur; (b) DEO regnante, homo regnat, 2, 14, 15. et unus cū DEO, ille homo, qui animam non servavit in vivis. (c) (b) Marc.

XVIII. Ita ergo secundum mentem Apostoli DEUS est ipse 16. v. ult. CHRISTO, Λόγῳ nemp̄ unā cū patre, qui unus cum Λόγῳ: Teste (c) P̄. ab ipso Salvatore: Ego & Pater unum sumus. Pater in me, & ego in 22, 29, 30. Pater: Omnia, que Pater habet mea sunt:

A 2

XIX. Pa-

XIX. Pater namq; quemadmodum ab æterno egit in filio im-
agine sibi consubstantiali; sic idem pater cum λόγῳ agit in humanâ &
per humanam τῷ λόγῳ naturam, ut omnes honorent filium, sicut
honorant patrem. vid. c. 5. Johann. Tametsi ipsa Incarnatio & o-
pus satisfactionis non in Patris nec Spiritus S. sed solius filij per-
sonâ terminatur.

XX. FUNDAMENTUM igitur reconciliationis nostræ cum
DEO, Unionis fidelium cum CHRISTO, transformantis nos in
imaginem invisibilis DEI & participes facientis divinæ naturæ, ipsi-
usq; adeò gratuitæ filiationis, est DEUS in CHRISTO.

XXI. Per ipsum enim sicut facta sunt omnia in primâ creatio-
ne, sic & fieri omnia in secundâ debuerunt, quæ redemptio est; ut
sicut filij eramus stante primævâ integritate, ē, λόγῳ, in quo omnia
consistunt; sic & filij redderemur per λόγον incarnatum, corrupto A-
damo Coloss. 1. 16 17 18 29. seqq. Conf. Ebr. 2. ii 14. ex Esa. 8. v. 18.
Job. 1.12,13.
Gal. 4. 4. Ubi pueri introducuntur unum quid cum CHRISTO facientes ob-
eiusdem carnis & sanguinis communionem.

XXII. Et hic ipse DEUS, qui erat in CHRISTO, etiam tum
cum derelictum se JESUS clamabat à DEO; DEUS inquam,
qui in CHRISTO eratin ipso quoq; sepulchro & depressissimo hu-
miliationis gradu (a) idem DEUS est, qui mundum sibi reconcilia-
vit; Quem non potuisset in Gratiam recipere, nisi ipse fuisset in
CHRISTO. Extrâ CHRISTUM nulla fieri reconciliatio poterat.
Quod infra demonstrandum.

XXIII. Præsupponit RECONCILIATIO partem & offenden-
tem & offensam. Offensa DEUS est; Offendens Mundus; hujus
erat secundum naturalem æquitatem petere reconciliationem & la-
chrymis eam implorare. Sed mutatur hic natura.

XXIV. Pars offendens, eaq; servilis & abjectissimæ condicio-
nis, secura quiescit, & vel fugit DOMINI gratiam, quam nihil mo-
ratur. Interim Iesus & offensus DOMINUS non quiescit, prævenit
laudentem infinitâ misericordiâ, & ultrò cedit de jure justissimo, quo
æternâ abjectione non alius sed ipse prævaricator pro se tenebatur,
nec cedit tantum, sed & Judex sceleratissimæ partis pacem querit,

(a) Eph. 1.
v. 14, 15. & ipse pacem facit (a) non aliter ac si indigus ejus esset, qui sibi
ab

ab æterno sufficiens, ne ullis quidem extantibus creaturis. Stupen-
dum & admirandum commercium!

XXV. Nullum hic meritum præcedit, nisi meritum dicemus
quod peccatum est, quod iram non gratiam meretur.

XXVI. Sola creaturæ miseria ad miserendum stimulat misericordiā
propter ipsam. Ipse docet miserator. Non me inquit, vocasti Jacob,
nec propter me laborasti Israel, Ego Ego deleo prævaricationes tuas
propter me ipsum. Et alia scriptura, quis prior dedit ipsi, quod redde-
tur ei? Et alia: Non ex operibus Justitiae, qua fecerimus nos, sed propter
suam misericordiam salvos nos fecit benignitas & humanitas salva-
toris nostri &c.

XXVII. Fons ergo & principium reconciliationis, ex quo omnia,
DEUS est, & DEI φιλος θεων: Hic enim nullo motu merito,
saltē, quia totus quantus quantus Charitas, creator creaturæ
misereretur.

XXVIII. Cumq; nulla citrā redemptionem placatio; ipse pre-
cium constituit, constitutum persolvit, persolutum in filio & æqui-
valens debito, probat & ratum habet, probatum ac semel susce-
ptum offert reconciliandis per verbum reconciliationis, oblatum
in Spiritu applicat per fidem, applicatum verò cœu fidele depositum
propter seipsum in fructibus justitiae ad vitam servat.

XXIX. Quemadmodum igitur ex DEO hæc omnia, ita quoq;
ad eundem omnia, qui personis distinctus, essentiâ unus: Neq; enim
solus pater in CHRISTO, sed & ipse redemptor λύσει sibi ipsi re-
conciliavit mundum in Spiritu Sancto, (a) ob communem offenditio-
nem, singulas in DEO personas lalentem, quâ peccatur patri per filium in Spiritu benignum se mundo manifestanti. (a) Coloss. 1.20, 22.
Eph. 2, 18.

XXX. Fundatur autem misericordia hæc in solo Mediatore, nec
esse potest absq; illius intuitu, quicquid dicat perversa ratio.

XXXI. Et hic tantum abest, ut vel tantillum ex eo contami-
nari, circumscribi, aut minor haberi debeat, quod non merè gratui-
ta, sed admodum rigorosa fuerit divina justitia in exigendo pro
peccatis tam sufficientissimo λύτρῳ, ut hoc ipso cum Scripturâ
potius reclusam statuamus inscrutabilem bonitatis abyssum, quod
non Angelum, non hominem, quorum neuter sufficiebat, sed se-

ipsum, pro inimicis, non amicis; pro impiis, non justis, sed justissimo judicio æternum damnatis, vadem interponere & in corpore suo precium exhibere non aureum, sed sanguineum voluerit.

XXXII. Eat jam stulta ratio, & metiatur gratiam, quæ mensuram excludit, quæq; habet latitudinem & longitudinem sine dimensione, profunditatem & altitudinem sine termino. Scis quanta sit misericordia in CHRISTO? tanta est, quantus ipse; ipse verò immensus, infinitus, incomprehensibilis.

XXXIII. Et hic ille DEUS est, qui in mortem se tradit pro homine redimendo, seq; tradendo nihil tradit nisi Charitatem, cum nec concipi per essentiam possit absq; Charitate.

XXXIV. Testem producimus omni exceptione superiorem in Epistolâ ad Rom. c.5. *Commendat*, inquit Spiritus, *commendat Charitatem suam in nos DEUS, quod cum peccatores adhuc esseamus, CHRISTUS pro nobis mortuus*. Conf. Epistola i. Johannis, Charitate plenissima. Eradat jam commendationem hanc & elidat qui potest; Poterit nemo, ne quidem versutiæ Spiritus.

XXXV. Objectum Charitatis Mundus est: mundum enim ceu partem offendentem, *reconciliavit sibi DEUS in CHRISTO*.

XXXVI. *Mundus* venit pro omnibus & singulis, in quos transit sanguis & caro, propagata per carnalem ex parentibus generationem; quiq; constituti per unius hominis inobedientiam peccatores, impij, injusti, hostes DEI.

XXXVII. Hi sunt in universum nullis omnino exceptis, quos ipse Iudex in gratiam assumit; egregiè scilicet dignos sanctissimi nominis favore.

XXXVIII. Absit ergo (quod coniunctum est cum execrandâ DEI nostri ignominia) immensam Charitatis latitudinem super omnes se diffudentem ad paucos eosque fatali prævisione electos restringi. [Periret hoc ipso maximum afflictæ & titubantis conscientia solatum.]

(a)Rom. s.
v.10.
XXXIX. Reclamat Paulus, qui factâ collatione inter primū & secundum Adamum, rotundè docet, pertinere gratiam per unius justificationem ad omnes homines in justitiam vitæ. & paulò antè: *si inimici existentes reconciliati sumus DEO per mortem Filij sui, multi magis reconciliati servabimur in vita ejus.*

XL. Idem

XL. Idem in nostro textu; in quo duo dicuntur, Primum mun-
dum cum DEO reconciliatum esse per CHRISTUM, & secundum
eandem tamen reconciliationem fieri quoad nos per verbum re-
conciliationis.

XLI. Utrumq; dicitur rectissimè, nec ulla hæc est pugna. Co- (a) Eph. 2,
ram Tribunali divino perfectè jam reconciliatus erat mundus, cum v. 16, 5.
DEUS in cruce clamaret, Consummatum est, (a) Sed eadem hæc re- Ebr. 10, 14
conciliatio, quæ una & simplex, ut nostra quoque fiat, & nostra
maneat, fides facit, concepta ex verbo reconciliationis.

XLII. Declaramus simili, quantumvis dissimili. In gratiam re- 2. Sam. 14
dierat Absalom cum patre Davide, vi edicti regii, per & propter in-
tercessionem Joab, astu mulieris Tekoitudis ab eodem subordina-
ta, Sed nondum gaudebat paterno favore Absalom, antequā vidis-
set faciem Regis, & prostratus coram eo, osculum à Patre acce-
pisset.

XLIII. Applico exemplum. Contentus est cælestis pater sola
intercessione filij peractæ effusissimis in cruce clamoribus, & λύτρω
in opere τελετικώς plenariè exoluto, nec aliud postulat, quām
ut omnes indiscriminatim, pro quibus meritum mediatoris semel
intercessit, virtutē Spiritus S, quem nemini negat, se applicent ad
gratiam, vel oblatam saltim, cum liberum habeant ad Patrem ac-
cessum in uno Spiritu, non respuant.

XLIV. Hic processus est, quem DEUS servat in homine salvando,
quemque intendit ante omnia secula per æternam prædestinatio-
nem. Sicut enim electos per CHRISTUM in tempore sibi recon- Epb. i, 4.
ciliat; sic eosdem reconciliando sibi ab æterno elegit, & vice versa. seqq.

XLV. Ut ego igitur vere sentiam, me reconciliatum DEO, meq;
sub gratiâ esse in me ipso experiar, opus est verbo reconciliationis
per fidem apprehenso, & in omnem vitam formandam juxtâ cano-
num vitæ Christi mansuetè converso, vid. Coloss. 1. 22. 23.

XLVI. Cæteroquin enim nihil mihi proderit CHRISTUS pro
mundo mortuus, nisi & ego moriar cum CHRISTO, ac mortuus
justitia siam in ipso, nec mihi deinceps, sed ipsi vivam, qui pro me Rom. 6.
& mortuus & resuscitatus; Ipse vero in me quotidie resurgat ad
gloriæ Patris.

XLVII.

XLVII. Ità fiet, utin meā ipsius conscientiā firmam fecerim, vocationem & electionem meam ab omni æternitate factam, & certus esse possim plenā animi ~~περίποντα~~, me verè cum DEO placatum, sistens rigoroso ejus judicio JESUM in me viventem, non alter ac si ipse præstissem pro meis peccatis, quod meoloco CHRISTUS præstitit, mecum unitus per fidem & charitatem, sub interno Spiritus testimonio, infallibili salutis arrhabone.

XLVIII. Secus agentes, nec universale redemptionis precium suum facientes, manet super eos ira DEI, quæ in nullo tollitur, præterquā in solo DEI Filio, homine illo, qui solus in gratiâ: vel si agnita jam salute & veritate in CHRISTO, postmodū destinatâ voluntate in Spiritu CHRISTI quis peccet, & communem ducat sanguinem N.T. quo semel sanctificatus, tum & reddit super ipsum ira DEI, quam antè merebant transgressiones ejus sub priori Testamento; & sequi necesse est multò terribilius judicium, ob reprobatum salutis auctorem, quo rejecto nulla pro peccaris reliqua hostia; comminante Spiritu in Epistola ad Hebr. c. 10. v. 26. seqq.

XLIX. Et hinc lucem accipit scrupulosa miserèq; vexata quæstio; an damnati æternas daturi peccas ipsimet teneantur satisfacere pro delictis suis, pro quibus jam antè à CHristo satisfactum, & an DEUS postulando ab ipsis æternam satisfactionem, (quod justitiae videtur adversum) bis unum exposcat? Quod ipsum positis ex verbo fundamentis simpliciter negamus. Nunc ad formam reconciliationis.

L. Reconciliationis hominis cum DEO est *mutatio* conceptus i-ræ in conceptum misericordiæ, quâ creator sententiam, quam dixerat de homine æternum abiciendo, solius mediatoris intuitu plenè mutat in cogitationes pacis, ubi præstâ & acceptâ satisfactione ab innocentí filio, quam vi justitiae à reo poscebat, antegressorum delictorum oblitus, in gratiam recipit inimicum, justum dicit impium, peccatorem absolvit, usque ad eo, ut, qui naturâ peccator est, nec reputet amplius nec agnoscat prævaricatorem in CHRISTO existentem.

LI. CHRISTUS ergò & principium hic est & finis, & unicum fundamentum, & admirabile temperamentum justitiae ac misericordiæ divinæ, sine quo nec sperari nec concipi potest ulla reconciliationis gratia.

LII. Tām

LII. Tām impium certe & contumeliosum fuerit in sanctissimum numen, separari ab actu reconciliationis CHRISTUM & CHRISTI satisfactionem, quām absurdum & extremē blasphemum, DEUM negare justum.

LIII. Justitia DEI ab homine lāsa infinita, infinitum postulabat λύτρον, æquipollens infinito rigori. Illud pendere nulla poterat creatura merē finita. Potuit verò & debuit pendere DEUS in CHRISTO, quia voluit.

LIV. Hinc tota Scriptura מְרַאשֵּׁת אֶחָד אֲμִין, loqui necit de alio homine & alio salutis medio, præterquā de CHRISTO Ιησοῦ πάπω.

LV. Et quid quæso multis opus? Qui hīc dubitat, intret suam ipsius conscientiam peccatorum mole gravatam, experturus secum ipso, num turbatum & formidine invisibilis judicis vel semel perterritum pectus, sisti ac tranquillari velit imaginariā quadam gratiā, non fundatā in merito CHRISTI; Quod fingere velle, est lumen cum tenebris, paganisum cum Christianismo confundere. Sed propius ad rem ipsam.

LVI. Τὸ καπιλάστεν, καπιλάστεδη; Item ἀπκαπιλάστεν; cui respondet in lingua sancta רצון כבך & his affinia, ut cætera mittamus; involvunt 1. insignem mutationem quā Judex in Patrem, filij iræ in filios complacentia, vetus homo in novam creaturem convertitur.

LVII. 2. Pacem, concordiam, communionem, quæ duo per peccatum à se remotissima, DEUM & hominem, in uno CHRISTO DEO & homine simul, ad beatissimum divinitatis confortiū, & homines inter seipso in unitate corporis per unum Spiritum, amicè invicem convenire facit. Ephes. 2, 15, 16, 18. Conf. tot. contextus.

LVIII. 3. Redintegrationem vel restitutionem, emphaticè dictam ἀναφολαιώσιν, quā omnia instaurantur, quæ in cœlo & terris, reducta iterum ad primum & principalissimum in CHRISTO Caput.

LIX. 4. Empionem & venditionem interposito certo precio, Gal. 3, 13. quā venditi sub peccatum, empti vel exempti sumus ex maledictione Legis, per eum, qui factus pro nobis maledictum.

LX. 5. Transactionem, quā dato aliquo vel promisso, subortum

inter partes dissidium finitur: Qualem transactionem anhelat ob-
æratus ille servus in Evangelio. Ita autem procedit transactio.
Transgit Filius DEI cum patre nomine generis humani, seipso
dato: Pater vicissim accepta satisfatione favorem promittit. Et sic
inter DEUM & homines tota dirimitur controversia.

LXI. 6. Liberationem & redemptionem, quæ vel ex carcere
captivi redimuntur, alio pro ipsis in carcerem coniecto; vel debi-
tores, facta creditori sive ab ipsis, sive ab aliis eorum loco solutio-
ne, nexus æris alieni reipsa solvuntur. Quòd pertinet allegatum
exemplum hominis Regis omne debitum servo deprecanti ex grá-
tiâ remittentis.

LXII. Atq; ita includit reconciliatio evidentem satisfactionem
vel substitutionem, quæ unius sive actionis sive passio, venit pro alte-
rius actione sive passione, & alterius meritum alteri imputatur ad
remissionem tam culpæ quam peccæ.

LXIII. Hæc ergo & non alia ratione reconciliavit nos DEUS
sibi per filium, qui ~~נָסָר~~ & Sponsor noster factus, seipsum pro no-
bis totum substituit; Omnia illa, quæ agere pro perfectissimâ obe-
dientiâ legi præstandâ, quæq; non impletâ lege, vi annexæ male-
dictionis in omnem æternitatem pati nos oportebat, in universum
omnia solus absolvit.

LXIV. Ipsa quoq; tormenta & cruciatus infernales, quanti qui-
dem & quotquot unquā cadere possunt in animas justo judicio æ-
ternæ damnationi devotas, exquisitè sustinuit, nisi quod æternitatis
durationem suppleret in CHRISTO personæ infinitas.

LXV. Et eò respiciunt omnia scripture loca, quæ docent, quod
DEUS se ipsum tradiderit, οὐτε ποτὲ, precium redemptionis pro ho-
míne substitutum, λύτρον ἢ τιλυτρόν υπέρ πλάων, idq; fuisse
dicitur, non corruptibile aurum vel argentum, sed sanguinem pre-
ciosissimum, & sic animam cum toto corpore: quia anima carnis

(a) Gen. 9. est in sanguine, (a) Et sanguis, prout ex Lege constat, positus erat super
(b) Lev. 17. altari ad expiandum animas, vel tegumentum eis obducendum; (b)

II. Conf. Epistola ad Ebr. c. 9. tribuens sanguini CHRISTI per æter-
num Spiritum se offerentis, infinitam virtutem expiandi peccata,
institutâ comparatione cum sanguine hircorum vel taurorum, eâq;
exuberante.

LXVI. Idem

LXVI. Idem volunt exprimituratus, quia agnum DEI dicitur, dicunt nostra & universi mundi peccata; proq; iis factum esse com. *Esa. 53.* munem omnibus propitiationem, cuius typum gesserat emissarius ille hircus in Levitico.

LXVII. Addantur & illa loca, quæ sistunt salvatorem nostrum hostiam & victimam pro mundi delictis in odore bonæ fragrantiae DEO patri seipsum tradentem, habito respectu ad sacrificia V. T. expiatoria, in quibus tanquam *בְּתִדְבָּר*, in obductis abscondita (a) *Psal. 15.* latebat essentialis hæc sapientia. (e)

LXVIII. Quod itaq; in nostro textu dicitur: *omnia ex DEO reconciliante nos sibi per JESUM CHRISTUM*, medium reconciliationi sufficientissimum; explicatur specialius in locis parallelis per mortem filij DEI, per crucem ejus, in corpore carnis ejus *Rom. 5. Eph. 2. Coloss. 1.*

LXIX. Absolvitur autem descripta hactenùs reconciliatio duabus partibus, quarum *prior*, non imputari peccata homini peccatori ad reatum vel damnationem, *altera*, imputari contrà justitiam CHRISTI loco congenitam & commissam iniquitatis. Utramq; complectitur Paulus, *illam* in vers. 18. *hanc* in vers. 21.

LXX. Peccata sunt, quæ separant nos & DEUM nostrum. Illis obstantibus tantum abest, ut homo peccator in quantum nihil magis est quā caro & sanguis, DEI *eudoxias* habeat; ut sit potius putridum cadaver & foetida abominatio in oculis divinis, quorum sanctitati omnis etiam cœlorum puritas spurcitas est.

LXXI. Peccata igitur ab homine tollenda; quæ tolluntur, manente in hac vita radice, non ut non sint, sed ut non imputentur ad reatum (temper enim querelæ ducendæ ipsis etiam sanctis de carnis infirmitate...).

LXXII. Si verò imputari non debeant, oportet non apparere in conspectu DEI. hic ergo, ut non appareant tegumento opus est. Tegumentum illud est caro & sanguis Messiacum cum toto ipsius merito, rubicunda illa uestis sanguine uva in torculari conspersa, nubes illa densissima delens & infra se premens peccatorum magnitudinem; *Ez. 44, 22.*

LXXIII. Tegumentum hoc dum intuetur cœlestis pater

B 2

obdu-

talem non videt, damnare talement nequit.

LXXIV. Tegumenti hujus, quo mediante cohabitare incipit ignis consumens ligno per se arido, non tamen absumto in fervore justitiae, erat sub veteri sanctuario, cui ipsum Domini corpus seu novum successit; typus quispiam vel signum præfigurans illud; in N.T. *i&la;shezov*, dictum communiter propitiatorium.

LXXV. Idem & illud volebat, quod כֶּפֶר vocatur in Lege, Redemptionis nempe pretium, tegens redemptos à plaga infligendā. Locus est clarus Exod. 30, n. &c: וְנִתְנוּ אֲרֹשׁ כֶּפֶר נֶפֶשׁ לַיהוָה

בְּפֶקֶר אֹתֶם וְלֹא וְחִי בְּהָם נֶגֶף בְּפֶקֶר אֹתֶם

LXXVI. Tegumentum ergo non imputandi peccati Christus est, tam heri quam hodiè, isq; unitus per fidem cum credentibus, ut ita soli non sint, nec soli apparent, sed CHRISTUS semper & ubiq; cum ipsis

LXXVII. Tegumentū verò constitui nō potuisset, nisi factus ante & ipsum peccatum, & hostia simul reputata pro peccato, in similitudine carnis peccati, & sic animam suam reatū posuisset, qui מֵשֶׁן est. Quod ipsum etiam per aliam eamq; propriissimam vocem **אֱמֹת** utrumq; complectentem typicè exponit Leviticus in Lege.

LXXVIII. Cum lege concordat Paulus, qui fundamentum reconciliationis hoc ponit. Eum inquit, qui non noverat peccatum, pro nobis fecit peccatum.

LXXIX. Hic duo conciliantur, quæ ratio sibi relicta nunquam conciliaret. Peccatum non novisse, & peccatorem esse.

LXXX. Peccatum non noverat, & sic nec dolum in ore suo, Erat enim ἀναμόρτητος, οὐτος, ἄγαν, αἰνιαντος, κεκωμένος ἀπὸ τῶν ἀμορτωλῶν: Et sic separatus à primo Adam, qui egregiè noverat nuditatem suam transgressor factus

LXXXI. Talem esse decebat Sacerdotem nostrum, non opus habentem pro suis primum peccatis satisfacere, quæ nulla erant, sed alienis duntaxat, quæ infinita.

LXXXII. Idem ergo peccator erat, qui non erat, & qui non peccatum, siebat peccatum; Peccator certè maximus, quo maiorem terra non tulit. Hic enim maledictus in ligno omnes omnium

panum nominum inquirates a primo ADAMO usq; ad ultimum,
quem dies Domini vivum deprehendet, omnes infirmitates, omnia
scelera & flagitia, illa quoq; ad quæ natura contremiscit, volente
ita cœlesti patre, cum impetu irruentia solus bajulavit, solus immen-
sâ peccatorum mole preslus torcular calcavit, & calcando nos sub-
levavit.

Esa. 53.

LXXXIII. Eo jam per CHRISTUM sublato, quo DEO no-
stro toti displicemus, successit in nobis, quo iterum placere possi-
mus. Placuisse per justitiam CHRISTI perfectam includentem
obedientiam. Admiranda profectio commutatio, emphaticè
h.l. exposita! CHRISTUS sit peccatum, ut nos in ipso nostra justi-
tantum coram DEO, sed & DEI essemus justitia, non infusa sed
imputata, vi unionis fidelium cum CHRISTO, novam facientis
creaturam.

LXXXIV. Hanc justitiam dum habet fidelis anima, in ipsis
etiam inferni tentationes adducta, habet omnino, quod opponat
rigoroso DEI judicio, poscenti debitorum solutionem, quam
filiali fiduciâ debere se negat; hoc argumento movens patrem: nō
posse eum, quod semel invenit in proprio filio, & inventum hor-
rendis modis punivit, pumendoq; damnavit, denud vigore justitiae
in servo animadvertere, ceu nihil desiderantem in filij satisfactio-
ne. Velle potius cor patrium, ut servo parcat, cum filio non pe-
percerit loco servi. Urgere illud æterni sacerdotis ineffabilem
intercessionem, cum sanguine pretiosissimo semel introducto
in sanctum sanctorum, & deposito in DEI conspectum, ibi q;
perpetuo clamore non vindictam, sicut Abeli justi, sed misericor-
diam pro peccatoribus flagitantibus.

LXXXV. Ita ergo homo peccator CHRISTUM intuens,
jure posset à patre, quod nullo jure poterat, scipsum intuens. In
se enim, ut ut singat justitiam aliquam, nihil videbit, nisi pannum la-
cerum & vestem confundarum: prohl miserum tegumentum! In
CHRISTO contrà perfectissimam apprehendit justitiam, quam
suam faciliterissimo cognitionis vinculo, usq; adeò ut dicere au-
si: Justificante DEUS propter justitiam meam, quæ filij tui est. Unde
et gratia in CHRISTO, nihil aliud est, quam ipsa Evangelij justitia.

B 3

LXXXVI. Et

LXXXVI. Quemadmodum jam à parte reconciliantis nullus omnino defectus, sic, ut reconciliata gratia nostra reconciliandorum fiat, applicatione opus est. Applicationem præstat verbum reconciliationis, ceu effectus & consequens necessarium ex ipso redēptionis opere, ut rectè liceat asserere: Qui mundum sibi reconciliavit in CHRISTO, idem est, qui dedit Apostolis verbum reconciliationis: Et iidem, quos semel sibi per filium reconciliavit, reconciliantur DEO per verbum.

Eph 2.

Col. 1, 23.

LXXXVII. Efficaciam verò, ut sit & maneat verbum reconciliationis, virtutemq; habeat salvandi credentes, movendi ac reconciliandi DEO aversas à DEO conscientias; non aliudè habet, Prov. 1, 23. (quia nec humanæ est nec Angelicæ auctoritatis, sed DEI solius) præterquam à DEI spiritu, qui semper adest verbo, ut sine ipso ne cōcipi possit verbum, quà DEI verbum, distinctum à sermonibus humanae sapientiæ.

LXXXVIII. Prolixius id deducere, nostri non est instituti. Provocamus ad fidelium experientiam, quæ plus efficere dicet unicum verbum conjunctum cum demonstratione Spiritus & virtutis, quam sine Spiritu integra pomposæ orationis plaustra.

LXXXIX. Ratio est hæc, quia DEUM agnoscit autorem, ponentem illud in Apostolis, ut ipsorum ministerio ad alios perveniat. Sic hodiè idem verbum ordinariè DEUS ponit in mentibus fidelium, imprimis illorum, quos dispensationi mysteriorum suorum peculiariter destinavit.

(a) 2. Pet. 1 XC. DEO igitur ponente, facessat oportet id ea ēπιλυοις (a) quæ sensum verbi non elicit ex scriptura, sed animo præoccupato infert Scripturis sæpè absurdissimum. Pro exemplo sistimus speciosa hæreticorum volumina.

XCI. Ponit autem DEUS verbum reconciliationis in mente b9 sibi hodiè deditis, per catenatā fontium scrutationem & ex iis deductam cognitionem, nixam virtute Spiritus S., ut dictatoris, sic & optimi dictatorum interpretis, in omnem veritatem omnes eos ducentis, qui animo à vanitate ad Deum converso & per cōtinuas processus in paternum DEI affectum se penetranti, implorant auxiliū huj9 Spiritus, quem benignissimus pater nullis in CHRISTO potentibus negare

negare potest. Si enim negaret, promissionem suam, & sic iei. MATTHE. 7.
psum negaret, quod impossibile.

XCI. Unde est, quod hoc modo per Spiritum ducti, non sint
auēdāntes, vel pendentes ab humana sapientia, sed Ieodāntes, (a) Jer. 31,
vi foederis novi, cui hæc annexa promissio. Omnes erunt docti à
Domino per Spiritum. (a)

Esa. 54.13.

XCII. Quod ipsum sicut commune omnium in genere fide-
lium ob gratiam communè; sic diaconia mīs naūmāyīs, admini-
stratio reconciliationis illorum propriā est, quibus datur à DEO;
Datur autem legitimè vocatis, qui non tam ire in messem Domini,
quam trudi videntur.

XCIV. Horum officium est, interpretes agere voluntatis divi-
næ, & sic legatione fungi pro CHRISTO, invisibili eoq; solo Eccle-
sia capite.

XCV. Objectum Legationis sunt homines, ad quos mittun-
tur, captivandos sub obedientiam fidei, & colligendos per verbum
ad intimam unius Spiritus communionem, sub uno capite
CHRISTO.

XCVI. Tenor vel summa legationis hæc est; Reconciliamini DEO,
seu, quod idem, pænitentiam agite & credite Evangelio. Estote in
CHRISTO nova creatura.

XCVII. Finis & fundamentum, ut ipsius reconciliationis,
ita totius ad reconciliandum legationis, estis, qui non noverat
peccatum, factus pro nobis peccatum, ut nos essemus Justitia in ipso
& sic nova creatura.

XCVIII. Modus expediendi hanc legationem, ut ut in se diffi-
cilius, facilis erit, si semper & ubique respectum habeat Legatus
ad legantem DEUM & sanctissimam ejus voluntatem.

XCIX. Ubi hoc in primis notandum; Non violenter cogi voluntates
humanæ mentes, sed amicè tractari, & precibus ad reconciliatio-
nem invitari, præunte Apostolo; dum inquit; deoꝝ iu uñpèg X. 158.
Et alibi. Obsecro vos fratres per miserationes DEI.

C. Tandem vero quemadmodum ex DEO omnia, ita & hoc
loco ad DEUM omnia. DEUS enim est, qui hic obsecrat & exhorta-
tur per ministros. Ministri autem sūp̄eḡor, adjutores & coopera-
tūr DEI.

Cl. Plu-

Cl. Plura de his alibi. Quæ hactenus ad normam loci Aposto-
lici adducta, per synopticam ἀνακεφαλαιώσιν contrahimus hoc
modo: DEUS offensus ab homine per peccatum, prout est immen-
sæ misericordiæ, cedit de jure summo, cogitat de homine in gratiam
recipiendo, nullo motus nostro merito; Quod cum fieri non posset
citra redemtionem, ipse invenit λύτρον, modum & rationem.
Mittit filium in carnem, damnat peccatum in corpore ejus, Ratam ha-
bet satisfactionem filij, offert partam gratiam per verbum, applicat
eredentibus per fidem, obsignat per internum testimonium Spir-
itus S. arrhabonis certissimi, firmam reddit per continuam no-
væ creaturæ formationem, ad finem fideliter servat, animam de-
nique ita sibi reconciliatam æternum in se glorificat; ut ex
DEO, in DEO, ad DEUM omnia, & ipsi soli Gloria per
Filium, in Spiritu Sancto.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737815388/phys_0021](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737815388/phys_0021)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737815388/phys_0022](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737815388/phys_0022)

DFG

XL. Idem in nostro textu; in quod cum DEO reconciliatum esse per eandem tamen reconciliationem fieri conciliationis.

XLI. Utrumque dicitur rectissime, tam Tribunal divino perfecte jam regnante DEUS in cruce clamaret, *Consummatum conciliatio*, quae una & simplex, ut non maneat, fides facit, concepta ex verbis.


XLII. Declaramus simili, quantu[m] dierat Absalom cum patre Davide, vel intercessionem Joab, astu mulieris Tamar, Sed nondum gaudebat paterno facta faciem Regis, & prostratus cor pisset.

XLIII. Applico exemplum. Cum intercessione filij peracta effusissimis in opere ~~τέλεσθαι~~ plenarie exolu[n]t omnes indiscriminatim; pro quibus intercessit, virtute Spiritus S, quem non gratiam; vel oblatam saltim, cum lib[er]te etiam in uno Spiritu, non respuant.

XLIV. Hic processus est, quem DEUS quemque intendit ante omnia seculum. Sicut enim electos per CHRISTUM reconciliat; sic eosdem reconciliando fidei.

XLV. Ut ego igitur vere sentiam sub gratia esse in me ipso experiar, operi fidem apprehenso, & in omnem vitam Christi mansuetè converso.

XLVI. Ceteroquin enim nihil in mundo mortuus, nisi & ego moriar; justitia siam in ipso, nec mihi deinceps & mortuus & resuscitatus; Ipse vero gloriam Patris.



uf, Primo mun-
di M., & secundò
per verbum re-
pugna. Co- (a) Eph. 2,
ut mundus, cum v. 16, s.
eadem hæc re- Ebr. 10, 14,
iat, & nostra
nis.

In gratiam re-
r & propter in-
em subordina-
, antequā vidis-
m à Patre acce-

leitis pater sola
tribus, & λύτρων
ostulat, quām
mediatoris semel
se applicent ad
ad Patrem ac-

mine salvando,
prædestinatio-
nare fibi recon-
it, & vice versā.
tum DEO, meq[ue];
reconciliationis
am juxta cano-
22.23.

CHRISTUS pro
O, ac mortuus
n, qui pro me Rom. 6.
dilectio refurgat ad

XLVII.

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.